De

Claustris Svio-Gothicis,

Disquisitio Historico-Ecclesiastica,
cum Thesibus varii argumenti Theologicis,

cujus Particulam V

Auctoritate Max. Ven. Theol. Ord. Lundens.

pro Examinibus Sacerd. et Pastor.

P. P.

PETRUS WIESELGREN,

Respondente

FRANCISCO D. KROOK,

Scano.

In Acad. Carol. Audit. Maj. die XXVIII Novemb. MDCCCXXXII.

Londini Gothorum MDCCCXXXII.
Typis BERLINGIANIS.

Viro

Reverendissimo & Celeberrimo,

Ordinis de Stella Polari Membro,

Territori Gerdsensi Præposito,

Ecclesiarum Åsum & Skepparslöf Pastori

D:ri CAROLO SONNBERG RÖNBECK,

in signum grati animi

d. d.

Respondens.

ore vulgi lenius nomen in ecclesiaque usitatius *Bengt* pro asperiori *Björn* inter 1390 & 1520, cum litteris quantum nos scimus primis mandaretur carmen, accipi potuisse. Pro Vastovio tamen unum hac in re agit. Pater videlicet Ericus, quem *Kettilsson*, & *Vasæum* declarant Editores *Sv. Folkvis.* l. c. testimonia secundum certiora potius habeatur Senatorum apud Rosenhane III. 350 1): Erik Kettilsson Puke Senator 1376. S. R. Marschus 1386, occis. in prov. Bahusensi 1396, de quo in Diar. Wadst. an. 1396: "Dom. E. K. Marschalcus *de Vermlandia* - - - *in Norvegia* - - - interfectus fuit." Huic nuptam fuisse feminam *Norvegici* stemmatis regii 2) ipsique avos Jarlæos, *tacentibus chronicis*, potius crederem, quam Wasæis talem contigisse gloriam, a chronicis veteribus non observatam. Sic Ericus ille etiam filiam teneram coram Abbate de *Warnemo* in finibus Norvegiæ habitante faciliter inducere potuit. Hic vero Claustro nostro nova occurrunt pericula. In *Waurnö* (Messenii Varnensi) "Borge Syssel i Oslo Stigt" is, qui mala filiæ Erici prædixerat, Pater potuit habitare.

Ibi vero eodem anno (1380) quo Episcopus Nicolaus Lincopensis anathemizavit, respectu, ut crediderunt, Regis Alberti, Ecclesiæ impugnatores, Prior erat Olaus (Diplom. Langeb.) 3). Nec dubium est quin huic anathemati etiam fomentum addiderit res, quam idem Episcopus cecinit. Hic enim raptus forsan inter causas insigniores ipsius Unionis Calmariensis haberi potest. Filiæ enim poenas pater exacturus jam in prælio ad Falköping in prima pugnat acie.

Ad claustrum ut revertamur, certum est, nihil *certi* de claustro Wermlandico Warnemo ex Episcopo Nicolao porrigi.

Johannem Magnum adgrediamur. Ille in *Hist. Ed.* 1554 *p.* 609 de R. Canuto Erici: "duo *præclara* monasteria, Saba videlicet (quod vulgariter Julita dicitur) & *Warnhem*, pridem a Rege Carolo inchoata perfecit & prædiis suis patrimonii liberaliter donavit."

Cum Warnhem jam centum annos ante ædificatum haberetur, hinc concludebantur, Warnamo Vastovii intelligendum 4). Hic tantum observemus, in *Annalibus Sigtunensibus* legit: 1150 *conventus missus est in Wær-*

---

1) Ugglas Rådslängd III: p. 38.

2) Hennes moder den rika Fru Anna af Norske Gylleroten är, och jag dess Fader så sanna min härkomst af Jarlarne bär." Cit. Carm.
3) Cfr. Subm XIV: p. 92.

4) Cfr. *Fernow. om Wermland p.* 227: "När nu W. vid Skara var byggdt 100 år förut, så synes

nem 1); quod *Ericus Olai* forsan secutus est, scribens conventum missum esse in *Warnhem* an. Dni 1150 2). Præterea Johannes Magnus] *præclarum* vix diceret claustrum in desertis Wermlandicis, quod Messenium omnino fugere potuit. De dotationibus Regiis Canuti a Claustro Wermlandico acceptis tacent scripta. Ipsa vero ossa Regis in Claustro Warmhem posita sunt. Sine dotatione quis crederet hunc electum locum? Nonne igitur *certum*, falsam esse explicationem loci apud Johannem Magnum? *Dalin S. R. H. II: p.* 103 *WarnamoKloster i Wärmeland* circa an. 1156 ab Erico IX conditum opinatur, cum vero opinioni nullas adscripserit caussas, de opinionibus solis non dimicandum est.

Topographia Wermlandica

parum lucis præbet. Rhyzelius confitetur, se diu Vastovii claustrum Werml. improbasse, donec litteræ ex amicis Wermlandicis advenerunt de *Klostermosse*, *Klosterskog* & *Warnamynde* Kloster; post illas autem acceptas intellexit: "at Warnemo Kloster sauferdeligen hafver legat i Wermeland oc Warnoms sochn på en holma in uti en stor mossa." Et de nomine concludit, Cisterciensium fuisse, a "*Bernhardo* enim appellatum est." *Warnemynde* vero, teste Fernow l. c., nemo in Wermlandia dictum audiverat, cum Præpos. Lothner & Fernow an. 1770 diligentissime regionem illam examinarent. Paludosa vero terra, *Wännemyra* appellata, loco dicto adfuit. *Klostermossa* & *Klosterskog* aliquid importarent, nisi sæpe tales denominationes exstitissent, ubi prædia in possessione Claustrorum adfuerunt. Ipse Fernow, qui tamen Claustrum Vastovii propugnat, homines offenderat, qui in memoriam revocarunt loca supradicta prædia fuisse Claustro Riseberga subjecta. Litteras judiciales affert Fernow p. 221, Sörby incolis, Warnum in parochia, an. 1347 datas, quæ jus inter limites parochiæ Thingwall in Clara amni piscandi tantum reddebant parochiæ Ullarö, Claustris Alvastra, Warnhem, Rackaby (Gudhem) & Risaberg. Fundamenta quæ retinet Fernow sunt: traditio de Moniali Barbro, quæ puerpera animam moestam efflavit juxta Barbrohögen in Wisnum, relatio de 3 sororibus, quarum una claustrum, patrimonio illi dato, introivit &c. Digniora observatione rudera sunt, quæ metitus est ad templum Warnum, 32 uln. longitudinis, præter vestibulum 8 uln., latitudinis vero 18 uln. quæ in medio divisam domum ostendebant. *Warnum* a Bernhardo dictum esse *dubitat* l. c. 320; nam: "hwad skall man då göra af *Warinernas hem* i Wärmeland?" Credere tamen licet, *Warnum*

---

ostridigt, att det är vårt *Warmhem* som K. Carl Swerkersson grundade, hvilket ingen kallat Warnamo förrän Vastovius.

1) Scr. Rer. Sv. I: p. 23, ubi tamen nomen, a dubitantissimo ipso Nordin huic Chronologiæ additum, nescio cui bono, rejectum est. 2) Scr. R. Su. II: p. 43.

antea *Warnemo* appellatum. *Permbr. i v. Engestr. Bibl. p.* 41. *n.* 92. 1494. "Kadrin Ingwars dotter, Magnus Bondes efterlefverske - - wnt och til_ lather minom k. Brodersisterson Welb. man Lindorm Biörnsson, Lagman i Westergötland at igen löse pa mina wegna en gardh i Högh i Warmeme (?) sokn i Wermelandh . . ." Lectionem vero dubiam editor Liljegren designat. Rem in medio, fundamentorum fragilitate explicita, relinquamus.

29. (†) Wernamo,

Claustrum in Smolandia.

Auctores.

Spegel H. E. p. 380. "I Wärnamo ("berättas, mig är intet kunnigt") hade samme Ordensbröder (Francisc.) tillhåll (som i Wexiö och Jönköping); ty de höllos för de Heligste, efter the wille icke emottaga penningar, men the sökte likväl alt thet, som man utan penningar icke bekomma kan." *J. Hermanss.* & *P. Staaf*: *l. c.* "Vernamoense non in Wermlandia ubi Vastovius, sed in Smolandia. Alii Franciscanorum illud fuisse existimant." (Illi Cisterciensium, forsan pro nominis a Bernhardo derivatione. *Rhyzelius* Vastovium lapsu calami *Werml.* pro *Smol.* scripsisse opinatus est, donec epistola de *Varnemynde Kloster* sibi mitteretur. *Monast.* p. 192, 283.

Cum hic "ipse Rhyzelius" confessus est *monumenta omnia abesse*, verba hic nulla perdamus.

30, 31. (?) Westerås

(urbs in Westmannia).

Claustra S. Olavi et S. Ursiliæ.

Auctores.

Hermansson & *Staaf l. c. p.* 29: "Arosiæ præter Dominic, etiam duo alia fuisse fidem facit Nobil. Palmsk. S. Ursiliæ a parte templi, quæ septentrionem vergit; S. Olavi ubi quondam Camerarius Löfgren ædes suas habuit."

Hic tantum relata referre possumus, *Fieri potuit*, ut rudera Conviviorum vel similium offenderit Palmskiöld; *fieri etiam potuit*, ut claustra

Arosia habuerit præter id quod post S. Dominicum necesse existeret, quamvis non huc referamus *Alberici trium fontium p.* 135: "Eodem anno (1087) incipit ordo B. Nicolaus *de Araasi*, quod nos dicimus de trunco Berengarii. Sub præpositis erant ad tempora b. Bernardi Clarav. & nunc Abbates constituti sunt." An. 1115 idem de eodem ordine narrat. Dubius Lagerbring *S. R. H. II: p.* 70. *Monasterium Scholasticum* urbi dedit Rhyz. p. 245.

32. (†) Widtsköfle,

Claustrum in Scania.

Auctores.

Hermanss. & Staaf l. c. p. 28: — — in Scánia Witschöflense. *Rhyz* l. c. p. 347. Messenium vero male citans, qui de situ claustri nihil indicans inter Danica claustra insons Witscholense enumerat. *Dalin S. R. H. II.* p. 111: "Denne K. Waldemar anlade Widsköfle kl. i Skåne 1158; *Sjöborg Saml. till Skånes Hist.* p. 129 inter Manuscr. & collect. ad hist. *Scan.* retulit: "*Diplomata* varia ad hist. Monast. s. Abbat. Witsköfle 1499 per Bened. Canuti & post. 1575 per Alb. Knopperum cum apographo 4:o "*Script. Rer. Suec.* I. p. 25. ubi ad Annal. Sigtun. annotatione: 1159 *conventus missus est in vitam Scalam,* illustrant editores: "*Hvitsköfle Vitæ scholæ in Scania.*

Contrarium.

Jam *Manrique Ann. Cisters.* T. II. p. 313. "An. 1158 Vitæ Scholæ ex Esron in diocesi Vibergensi in Dania." In *Dansk Magaz. I D.* inpressa est *narratiuncula de fundatione Monasterii vitæ Scholæ in Jutia* a coævo, judice Langebek, conscripta, ubi p. 135 inter loca Vidskiöfle dicta refertur: "en Herregård udi Skaane, som og kaldes Vidskyfle, hvilken af nogle, der ikke have vidst bedre, uretteligen är holden for at have været det Kloster, som fordum kaldedes Vitæ Scholæ." Qua perlecta in Suecia primus *G. Wallin in Gothländska Saml. ed.* 1747 *I: p.* 148, errorem suum cum popularibus communem in p. 2 ejusdem operis correxit. Postea *Lagerbr. S. R. H. II: p.* 255 situm in Iutia hujus claustri invenit "så oversägelig at intet tvifvelsmål bör yppas, om Widsköfle Kl. varit belägit i Jutland eller Skåne." *Daugaard* l. c. ne verbo quidem errorem, cui adhuc historici Sueci adhærent, observat. Tantum adjiciamus, nos, licet tot volumina manuscripta, quæ Widtsköflense in Scania Archivum, nunc Archivo Löberödensi

adjunctum, constituerunt, diligenter perlegerimus, nihil tamen in actis medii ævi plurimis de claustro ibidem detegere potuisse. Possessores loci *Niels person som kalles bragde i witzsköfle oc Magdalene oluff datter* an. 1480 Claustro cuidam quidem prædia donarunt, sed *Ahuensi.* Vide *De la Gard. Arch. III: p.* 39. Tamen Capitulo Lundensi partem Widsköfle Scanensis propriam ad tempus fuisse testatur Quitatio Dorotheæ e gente v. Haffn, quæ Braheanæ antecessit, quam vide *De la Gard. Arch. III: p.* 26. Sic forsan ex fundo ecclesiæ attinente crevit de claustro ibidem opinio, quam auxit nominis cum nomine Vibergensis claustri similitudo. Si *Vidtsköfle* contractum esset a *Vitæ Schola*, vix credere liceret, hoc prædium Scanense tali nomine instrui posse, nisi a Monachis habitatum. At *Viskeld*, *Vidskyld* &c. Jutensis nomen loci antea usurpatum, a Monachis in latinam linguam, ut audis, versum bene monet *Daugaard l. c. p.* 365. Sæpissime sic interpretati Monachi. *Hermadii* nomen infra explicabitur. *Asylum*, (Ås s. Eskilsoe). *Mons Mariæ* (Wårfruberga) *Locus Dei* (Lygum) *Cara insula* (Öm) &c. nominasse sufficit. Prædium vero Scanense scribebant *Withskyfli*, cujus presbyter in libro Datico VII Kal. Sept. memoratur.

33. Wisby
(urbs in Gottlandia).

Claustrum Sororum juxta templum S. Jacobi.

Auctores.

Hermansson & *Staaf*: „nominat Mag. Schoumacher *S. Jacobi* - - -" *Rhyz.* p. 154.

Claustrorum Wisbyensium numerum in consummatione, calci addita, vides. De singulis in expositione quæritur. Hic XIV. Ecclesias medio sub ævo, adhuc an. 1823 admisit *J. G. Klingwall*: Fornlemn. i *Wisby* 1, 2 *h*. Uni harum S. Jacobi adjacuit claustrum, de quo diploma notum facit, quod:

1420 d. XI. Oct. Kanutus Episcopus Linc. officium Visitationis in Gotlandia suæ diocecis impendens, litem composuit inter D:num Tidericum curatum Ecclesiæ S. Laurentii ex una & procuratores S. Monialium in Ecclesia S. Jacobi ex altera parte de statione habenda crastino nativitatis D:ni s. protomartiris Stephani die; quum tam per antiqua scripta quam per assensiones plurimorum f. d. Virorum, invenit Episcopus quod Statio ipsa ab antiquo (cujus contraria memoria non exsistit) habita esset in Ecclesia

S. Apostoli, quamvis D:nus T. & sui parochiani eandem Ecclesiæ S. Laurentii vindicare s. usurpare ad annos aliquot præsumserant, quare nomine Christi invocato sedendo in judicio sententiavit & sententiando pronuntiavit ut prænotata statio diei S. Stephani in ipsa Ecclesia S. Jacobi perpetuis temporibus solemniter haberetur, decernens omnia & singula ratione seu intuitu oblationis die prædicto in Ecclesia S. Laurentii respectu stationis prætacti allata fore integraliter ipsi Ecclesiæ S. Jacobi et S. Monialibus ibidem restituenda & sub excommunicationis poena inferenda et fideliter assignanda, donec alia causa efficacior seu evidentia veritatis approbabilior super præmissis poterit inveneri. *Dipl. Lgbr. T. II. Orig. Membr. Wisb. Langeb.*

Quæ Sorores *Drottimoniales* (alii a *Trinitatis Eccl.* alii a *Drotten* i. e. Domino derivant), vocabantur. *Wallin Gottl, Saml. I.* p. 129. Ecclesia S. Jacobi & Ecclesia S. Laurentii *Systerkyrkor* dictæ sunt, de quibus idem narratur, ac de Ecclesiis in Britannia Overthorne & Witherensey narrat Camdenus, scilicet sorores duas Ecclesias ædificasse, quia non de una convenire potuissent. *Wallin* l. c. p. 248 Sorores i. e. Moniales S. Jacobi nomen Ecclesiæ hoc dedisse Ecclesiæ cogitate perhibet. Cetera in aliis locis, ubi de claustris in Wisby agitur, quærenda.

33. (†) W i s b y.

Claustrum S. Catharinæ a Franciscanorum diversum.

Auctores.

Hermansson & Staaf l. c. *Rhyz.* l. c.

Delendum,

quia Franciscanorum erat. Illi enim S. Catharinæ tutelæ suum crediderunt Claustrum. Citemus tantum *Suhm* XIII. p. 62. "Dette Brev er paa plattydsk og infört i en vidisse af 1436 udstædt af Broder Henric Prior i S. Nicolai kloster i Wisby og Broder David, Gardian i S. Katherine kloster der, i Overværelse af Herren, venteligen den da regjerende Kung Erik "Et Wallin l. c p 130, sigillum depingendum curavit, de quo p. 144: "Har varit Franciscanernas eller åtminstone deras Förmans Gardianens sigill i S. Karins kl. i Wisby." Sine dubio S. Catharina in sigillo conspicitur. Vide *Francisc. Wisby.*

34—38. (†) Oelandica Claustra.

Auctores.

Sigfrid Lorensson Gahm, scrutator diligentissimus, in *Beskr. öfver Öland p.* 164: "Enligt H:r Bisk. Rhyzelii Monasteriol. 1) skal här i Norra Motet funnits under Catholska tiden fem stycken Kloster, hvarefter nu likväl ej finnes ringaste qvarlefvor mer än af tvenne et vid byen Åplerum 2) icke långt från Replinge Kyrka, hvaraf murarne ännu stå behållne och et vid Byen Bjärby i Runstens socken, hvarefter en med sten blandad grus och kalkhög samt några grafställen äro synliga" p. 194. I Algurums Sochn ett Kloster; murarne nyttjas af Bonden till sädeslada." 3).

Vix contradictione opus. Res ad Claustra pertinentes paucis locis tam bene quam in Oelandia noscimus. Vide *Ölands Hist. af Ahlquist II D.* 2 *b. p.* 285—292: *Klostergods på Öland enligt* 1635 *års Jordebok.* Ex his documentis discitur, insulam tam aliis subjectam fuisse claustris, ut vix se ipsam sustentare posset. Alvastra 30 mansiones possidebat, Askaby 8, Risaberg 7, Ruma 25, Skenninge 38½, Wadstena 46½, Wreta 18, S. Margareta (Claustr. Soror. in Calm.) 12 terras (utjordar), 14 fundos (tomter) &c. &c. Summa 173 mansiones (hemman) 25 terras, 14 fundi. Mensæ Episc. Lincop. contribuerent 32 mansiones.

Explicationem

potius adgrediamur. Hospitale in Oelandia jam an. 1268 fuit. *Dipl. Sv. I*: *p.* 445. Talibus non raro Claustri nomen in topographiis tribuitur. Ad vicum *Långöre* in memoriam exscensionis S. Brigitæ Hierosolymis revertentis, Capella una, & ad Borgehamn, in memoriam descensionis viduæ Calmariam petentis, altera ædificata est, ut in libris Eccl. Gärdslösa & Bredsätra adnotatum est. Vide *Gahm l. c. p.* 165. Tot possesiones erant Franciscanorum in Wisby, ut *Terminarius* adesset *Oelandensis.* 1378 obiit Frater Botvidus Butlis fidelis Terminarius 4) Ölandensis & quondam Gardianus Lincopensis: *Necrol. Fratr. Min. in Wisby Scr. Rer. Dan. VI*: 561.

---

1) Ubinam? 2) In Geogr. Tuneld. recentissima optimæ notæ editione: "Vid gårdeu Äpplerum har stått ett Capell." III: p. 1042. 3) L. c. p. 1062: "Byn Algutsrum var i Katholska tiden pantsatt till Systra Klostret i Calmar. I nejden äro äfven lemningar af S. Knuts Kapell.",

4) Terminarius apud Mendicantes, qui habendis per agros cuique conventui addictos concionibus destinatus erat. Etiam qui aliquod tenementum ad terminum seu Annorum spatium definitum possidet *Du Cange.* In Oelandia Cistercienses Romenses dominati sunt Horns Kungsladugård. *Link. Bibl. Handl. I: p.* 100. In vicinia erat Capella. *Inr. Tidn.* 1767, n. 27. Ad Bierby Capella Margarethæ *Link. Bibl. Handl.* I: p. 100.

1413 Pro Convivio S. Katerinæ in Bredæsethr terræ Ölandiæ missa Animarum incepta fuit cantanda singulis secundis feriis (diebus lunæ) in perpetuum, pro qua IV marcas argenti conventus singulis annis habebit. *Ann. Min. Wisb. S. R. D. T. I: p.* 264. Ex his omnibus claustra faciliter V componere potuit studium topographicum, quod res anhelabat memorabiles.

40. Örebro

(Urbs in Nericia)

Claustrum S. Olavi præcarmelitanum.

Auctores.

Hermansson & *Staaf* p. 29: "S. Olavi Coenobium Örebrogiæ, & cujus lapidibus arcem urbis exstructam existimatur, tempore M. Ladulås, quæ tamen non consummatur, ante tempora R. Caroli IX. *Nobil. Palmskiöld, Itiner. Svio-Goth.*"

Certum est Claustrum, antequam advenerant Carmelitæ, heic exstitisse. Difficilius est ætatem amborum constituere.

An. 1291 Claustro Örebroensi pars prædii immunis Repen dabatur. *Arch. Regn. Sv.* Vide *Bagges Beskr. am Örebro p.* 224.

An. 1325 Civis Örebroensis Hennechinus 13 oras terræ in Ormstathorp Claustro dedit. *Arch. R. S. l. c.*

An. 1401 fundus Örebroensis Claustro assignatus est. *Arch. R. S. l. c.*

Quod Claustrum collabefactum Reginam Dorotheam Carmelitis restaurandum reliquisse, dicto Bagge stetit sententia.

Coronis

hujus Claustrorum classis notitia sit Claustri *excogitati* Örebroensis.

Chron. Rhythm. Maj. Scr. Rer. Sv. I: 95.

De Pukii turbis et fato.

Han kallade Bönder alla till sik,
Ok sagde: staan alle fasta med mik;